

Fertur a ho- minibus con- versis, ac vi- sibilis. Iacob.

tuam ad tentationem. Quartus Affer, id est beatus ob tentationem superatam. Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae. Iacob. 1. n. 12. Succedit Nephtali, id est, latitudo spiritus, quia qui vincit tentationes, cordis magnam latitudinem, ac fiduciam in Deo habet. Sequitur sextus, Manasses, id est, oblitio, qui fiduciam habet in Deo, & in eo ponit suam spem, de terrenis obliviscitur. Sequitur Simeon, id est, auditio: nam qui de terrenis obliviscitur, capax est, ut audiat, ac percipiat divina. Octavo loco est Levi, id est, mutatus: nam qui totus in Deum fertur, iam tanquam civis sanctorum se peregrinum, ac mutatum super terram existimat. Nonno loco susceperit Issachar, id est, merces, quia tali peregrino valde ampla debetur. Decimus est Zabulon, id est, habitatio, quia in tali inhabitat Deus Undecimus Ioseph, id est, additio, seu incrementum; qui enim talis est qualibet die gratia, & virtute crescit, & augetur. Duodecimus Benjamin, id est, filius dexterae, quia talis spiritualis homo sic factus, & dextera Dei adjutus, ad dexteram Dei evehitur in caelis. Psal. 15. n. 8. Providebam Dominum in conspectu meo, quoniam à dextris est mihi, ne commovear.

113. Ecclesia magnis virtutibus circumdata.

114.

Psal. 44. Ecclesia virtutibus, ac donis circumdata.

D. Bruno.

115.

Ahor. 2. Cyr. Ierof.

Ecclesia coronata fulget omnivirtute, & gratia.

rium erigebatur: Inde ergo optimè eorum capita lucidis ac resplendentibus coronis nitent, ut inde agnosceretur, quod Ecclesia super eos fundata, luce gratiarum, ac donorum erat coronata, & lumen, ac lux, exterior, esset iudicium lucis, ac luminis interioris: Et lumen visibile Spiritus Sancti indicabat invisibile lumen quod eorum corda replebantur; huic cogitationi adest patronus. D. Cyril. Alexand. in Joëlem Prophet. Oportebat enim, ait, oportebat Ecclesia Mystagogos, & orbis terrarum magistros futuros, etiam ante alios dono Spiritus Sancti corroborari, & veluti quoddam ornamentum per fidem in sanctificationem ab iniisio factas, divina, & celesti gratia inaurari.

Ad Ecclesiam sanctam, ut est communis Patrum vox, loquitur divinus sponsus: Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni coronaberis, Cant. 4. n. 8. Cur, quæso, ter vocatur, quæ unico tantum nutui obediret: Cassiodorus & Beda: Beda. Ter sponsam de Libano venire vocavit, perfectum bonæ operationis, salutiferæ locutionis, ac pura cogitationis. In his omnibus Ecclesia sancta maximè dirata, ac impinguata est gratiis, & donis Spiritus Sancti.

D. Cyr. Ad.

116.

Cant. 4. Cassiod. Beda.

QUESTIO XIV.

Circa numeratas tribus ac earum seriem aliqua hic aliis notantur.

Diximus superiori q. circa has tribus quæ commaniter ab Auctoribus circumferuntur, nunc vero de particularibus aliqua ad majorem doctrinam proponamus in medium.

Ex tribu Juda.

Judas quartus filius Jacob ponitur primo loco: quia, ut ait Rupertus, Primus Judas, qui confessio, sive laudatio interpretatur. Cum ergo Judas idem valeat, ac confessio, quod verbum non solum significat confiteri peccato, sed etiam Deum laudare, ut notat D. August. Ier. 8. de verbis Domini, exponens illa verba Christi D. Matth. 11. Confiteor tibi Pater, Domine caeli & terræ. Christus valde longè erat ab omni peccato: cum ergo, ait, confiteor tibi, id est, laudo, & glorifico te: cum ergo Judas idem sit, ac laudatio, merito in primo ponitur loco; nam qui Deum laudat, primas in omnibus tenet.

118. Rupert.

D. August.

Marth. 11. Qui Deum laudat, primus est in omnibus.

119. Rupert. Honoratur tribus Juda ex Christo nato.

Theod.

Deinde, ait Rupertus: Convenienter à Juda inchoat Evangelista, ex qua tribu ortus est Dominus noster. Primas dat Judæ, in honorem Domini Jesu Christi, & ejus Matris sanctissimæ cum ex tali tribu sint exorti, indeque tantam excellentiam ei contulerunt, ut prima sit inter cæteras tribus. Ea de causa prima jubetur ad Orientem castrametari: Ad Orientem Judas sigeat tentoria. Num. 2. n. 3. Theodoret. quæst. 3. Justissima de causa concesserunt Judæ plagam Orientalem, quoniam de ipso Christo Domino Divinus vates inquit: Ecce vir Oriens nomen ejus.

Ex

Ex Tribu Ruben.

120. Haymo.

Ruben primus filius Jacob ponitur secundo loco: Haymo, Spiritualis est, ait, ista profapia, & quia in Juda præcessit inivium confessionum, & in Ruben succedunt incrementa virtutum; qui se primus poneretur, ordo nativitatis sue confunderetur; prius enim recedimus per confessionem à malis, deinde proicimus ad subsequentia bona, ut informatur rectis & placitis. Judas, id est, confessio: Ruben, videns filios, interpretatur, per quæ denotantur opera agenda consideranda, quæ sunt veluti filii hominis; prius recedendum à malis operibus per confessionem deinde de bonis studendum, Rupertus: Post Judam vero Ruben, id est, post exordia divina confessionis, & laudis, perfectio sequitur actionis.

Rupert.

121.

Bona opera ad Deum dirigenda, & ab hominibus ascenda, ut pereant.

Ansbertus.

Psal. 118.

Gad secundum ordinem nativitatis septimus est inter filios Jacob; quomodo ergo ponitur tertio loco post Ruben. Gad triplicem habet interpretationem, interpretatur, Tentatio, Accinctus, & latrunculus; Tentatio, & Accinctus rectè coherent, quia contra tentationem debet homo rectè accingi, & ideo bene ponitur post Ruben, ut dixi superiori quæst. nam Ruben dicit bona opera, & qui bene operatur, debet esse accinctus ad vincendas tentationes; sed cur latrunculus dicitur: videbatur potius dicens fortissimus Dux in tanto bello tentationum. Ansbertus Abbas: Quia bonorum certaminum, ait, finem ad Deum dirigere, ad favorem humane laudis torquere debemus: ob hoc etiam prædictus Gad latrunculus vocatur tanquam, scilicet, bona cordis latenter acquirens, Deo offerat approbata: non humanis obtinibus detegat præferenda: ut secundum quod ipse promisit, Pater ejus, qui videt in abscondito, reddat ei in manifesto: quasi enim quidam latrunculus erat David, cum diceret: In corde abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Psal. 118. n. 11. Quod omnino ad animi intentionem pandunt, & nonnulli actionem, suam foris detegunt, & tamen inus abscondunt; qui accinctus est ad vincendas tentationes, earumque victor, sit veluti latrunculus, qui bona, quæ tenet, & furatur, maximè abscondit ne pateant humanis obtutibus, ne auferantur ab eo, & ipsa deperdat; sic qui bene operatur, opera sua abscondat, & Pater, qui videt in abscondito, reddet ei, ne si sint pervia humanis oculis, ea vanitate, ac elatione quadam deperdat; & ideo ait Regius Vates: In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi, id est, contra te.

Ex tribu Affer.

122. Rupert. Albert.

Quarto loco ponitur Affer, qui inter filios Jacob est octavus: qui interpretatur Rectus, ut inquit Rupertus, Albertus Magnus: vel atrium, ait D. Bernardin. & rectè post Gad, qui idem est, ac accinctus ad pugnam; nam qui victor est tentationis, beatus est, & iam in atrio beatitudinis, ut dixi superiori q. Et rectè inter filios Jacob, Affer idem est, ac beatus, quia

& in benedictione datum est Eucharisticum Sacramentum: Affer panis pinguis, & præbebit delicias regibus. Genes. 49. num. 20. Rectè ergo inde Affer dicitur beatus: nam qui Eucharistiam sumit, beatus est, & beatitudinis puritas ad illam requiritur.

Genes. 49. Ad Eucharistiam puritas restituenda.

Ex tribu Nephtali.

123.

Nephtali sextus est filius Jacob, quinto loco hic ponitur, & interpretatur latitudo, & bene post Gad, & Affer memoratur Nephtali, quia post victam tentationem, & partam beatitudinem, magna fiducia, ac spe cordis roboratur in Deum. Rupertus: Quia, ait, beatitudinis fida promissione securi non angustiantur, sed spe gaudentes, in tribulatione patientes, cum Psalmodiographo decantant. Psal. 4. n. 2. In tribulatione dilatasti mihi. Vel rectè, post Gad, & Affer ponitur Nephtali, quia beati, qui sufferunt tentationem; nam hi non solum qualibet mala sustinent, sed etiam cum multa dilectione erga Deum, quoslibet proximos, etiam adversarios, dilant cor suum, ut omnes amplectantur. Ansbertus. Beatitudinis certa promissione roborati bellatores Ecclesie, inter ipsos etiam malos, non angustiantur visceribus charitatis, sed cum Apostolo, 1. Corinth. 6. Clamant, & dicunt; habenda cor nostrum dilatatum est, unde bene post Affer, Nephtali supponitur.

Tentationis virga, magna spes in Deo. Psal. 3.

Ansbertus. Non solum sustinenda mala, sed etiam habenda cor nostrum dilatatum est, unde bene post Affer, Nephtali supponitur.

Ex tribu Manasse.

124.

Manasses nepos est Jacob, filius Joseph, de quo infra, & sexto loco ponitur, & rectè Nam numeratis Gad, Affer, & Nephtali tribubus, ponitur Manasses, qui interpretatur, oblitus, seu necessitas; sicut Gad tentatio Nephtali dilatatio, quia devictis tentationibus, & dilatata charitate in proximos nullam sollicitudinem de terrenis habeamus, sed tantum necessitati contenti. Rupertus: Manasses sequitur, qui interpretatur oblitus, sive necessitas cuius nominis mysterio monemur, ut tentationem presentium angoribus edocti, ea, quæ retrò sunt, oblivisceris: sic in ea, quæ ante sunt secundum Apostolum extendamur, ut carnis curam non in desideris, sed sola necessitate humane conditionis astrictri faciamus: de qua Psalmodista meliora suspirans, ait orans, Psal. 24. n. 17. De necessitatibus meis eripe me, Domine. Albert. Magn. Postquam agit de Affer, Nephtali, & Manasse ait, In his ergo tribus signatur status proficientium, ut qui proficit, sit Affer per custodiam mandatorum, Nephtali per latitudinem charitatis, Manasses per contemptum mundi.

Terræna sunt oblivione, & sic domo neque existit te quaerantur. Rupert.

Psal. 24. Alb. Magn.

Ex tribu Simeon.

125.

Ecce Simeon secundus filius Jacob, septimo hic loco ponitur: Simeon duas habet interpretationes, prima idem est, tristitia auditor, secunda idem valet, ac habitaculum, inde bene post Manassen, id est, oblivionem, ponitur Simeon: nam qui obliviscitur de terrenis, & audiens de peccatis tristatur, hic celestis habitaculi læticia afficitur. Rupertus: Qualitate hujus vocabuli, nempe Simeon, evidenter indicatur quid hic habendum & quid sit salubriter expectandum; illis enim habitaculi celestis gaudium

Qui tristatur de peccatis participat celestis gaudium.

Joan. 16.

gaudium dabitur, quorum hic animus fructuosa poenitentia contristatur, quibus, & dicitur Joan. 16. Tristitia vestra vertetur in gaudium.

Ex tribu Levi.

1126.

Levi tertius est filius Jacob, & locum octavum hic occupat; Levi idem valet, ac mutans, vel additus; & bene post Manasse, id est, oblivionem Simeonem, id est, auditionem, ponitur Levi; nam qui obliviscitur de terrenis, ut se tanquam mutatum, ac peregrinum existimet, & caelestia audit, ut tristeretur de peccatis, ei multa merces additur, ac duplicatur, ut inter filios Dei sit D. Ambrosius. hic Levi sequitur, qui additus, sive assumptus interpretatur: quia qui de peccatis qua fecit, jam poenitentiam exercuit; qui contra vitia pugnavit, eaque devicit, in amorem Dei, ac caelestis patriae totus assumitur; & merces ei additur, qui filii Dei nuncupantur, & sunt.

Ex tribu Issachar.

1127.

Nonus filius Jacob est Issachar, qui & interpretatur merces; & bene ponitur post Levi, qui idem est, ac additur; recte, quia illis, qui non solum praecipua, sed etiam consilia, ut virginitatem, & castitatem servant multa merces est reposita in caelis: Ansberr. Quibus nempe, ait, consilia praecipua addentibus jure convenit, quod Issachar post Levi annectitur, qui interpretatur dicitur & merces: ista praecipua agentibus, ac specialis merces debetur.

Ex tribu Zabulon.

1128.

Decimus filius Jacob Zabulon, qui & in decimo ponitur loco, & interpretatur habitaculum fortitudinis; & bene ponitur post Issachar, qui & merces est; nam qui propter sua bona opera mercedem habet a Deo, tenet habitaculum fortitudinis a quo nulla vi, ac industria humana potest deici, ac expelli. D. Ambrosius. hic: Et ideo post Issachar, ait, Zabulon ponitur, qui habitaculum fortitudinis interpretatur, & quod habitaculum fortitudinis, nisi habitatio Dei: in illo habitat Deus, in quo fides, patientia, castitas, humilitas, charitas, & caetera virtutes commorantur.

Ex tribu Joseph.

1129.

Undecimus filius Jacob est, & hic eodem in loco ponitur, & significat argumentum; & optime post Zabulon, qui dicitur habitaculum fortitudinis, ponitur; nam qui firmiter habitant in Deo, hi maxime augentur, & crescunt meritis. D. Ambrosius. Et qui per operationem virtutum, augentur praemia meritorum, Joseph subsequitur, qui augmentum interpretatur. Aliter explicat Albertus Magnus. Post Zabulon, qui est habitaculum fortitudinis, ponitur Joseph, qui interpretatur augmentum; per quod etiam perseverantes intelliguntur, qui pecuniam acceptam cum augmento referunt: Ecce alia duo superlucratum sum. Matth. 25. Hic autem maxime advertendum, quod cum dicitur, Ex tribu Joseph, intelligitur tribus Ephraim, quae fuit hic omissa; licet autem Ephraim junior fuerit Manasse

seniori, tamen, ab avo Jacobo Praelatus Manasse seniori. Genes. 48. numero 14. hinc est quod pro majori nobilitate retinuit nomen patris sui Joseph; utpote dignior, ut est impraesentiarum.

Ex Tribu Benjamin.

Duodecimus filius Jacob est Benjamin, hoc est filius dexteram, & hic ponitur in duodecimo, ac ultimo loco, quia qui virtutes in praedictis Patribus adimplet, ut obliviscatur de terrenis, ac peregrinum in hoc mundo se existimat, & audit, ut poeniteat de peccatis; ac firmiter perseverat cum Deo, & augetur, & crescit in virtutibus, hic ad dexteram Dei sublevatur, ac collocatur in gloria. Divus Ambrosius. Benjamin ultimus, imo & superior ponitur, qui filius dexteram interpretatur; Electi enim Dei, filii dexteram Dei efficiuntur, cum ab hoc vita substractis in caelestibus sedibus collocantur, ubi nihil, est sinistrum, sed totum dextrum.

In partu Benjamin mortua est Rachel; inde appellavit eum Benoni, qui interpretatur filius doloris; Pater vero appellavit eum Benjamin, id est filius dexteram, hoc est felicitatis, Gen. 35. n. 18. sed quae connexio, ac convenientia inter filium doloris, ac felicitatis: quis enim felix esse potest cum dolore? quomodo ergo a matre filius est datus doloris, a Patre vero filius felicitatis? Mater attendit ad laboriosum progressum vitae humanae: Pater vero ad felicem exitum iustorum; & maxime, quia per labores, ac afflictiones summa felicitas consequitur. Ex quo eleganter ait Philo libro 3. de vita Moysis: Qui fugit laborem, fugit felicitatem: Ex adverso, qui fortiter, patienterque difficultates tolerat, ad beatitudinem properat: Nam fieri non potest, ut homo delicatus, & effeminatus animo, corpore quoque laborioso quotidianis voluptatibus, virtutis domicilium praebet.

Hic maxime notandum, quod Jacob duodecim habuit filios. Primus dicitur Ruben, principium doloris mei Genes. 49. n. 1. Ultimas vero Benjamin datus est filius doloris Genes. 35. n. 18. Et cur primus filius, dicitur principium doloris, ultimus vero natus, filius doloris? primus dicitur principium doloris Patris; secundus dicitur filius doloris matris: quia alii sunt dolores patri ac matri; & idem est, habere filios, ac habere dolores, ut saepe saepius contingit: Ob multas occasiones, contrarietates, ac pericula, in quibus versatur: Huc rursus id, quod dixit Philo Hebraeus libro de execrationibus: Sunt filii, ait, qui magis vivi quam defuncti, suos parentes contristant. Nam filius defunctus unum dolorem ingerit patri; ac vivus, aliquid quando ob multa pericula, & adversitates, quibus implicatur, continuum dolorem ac multas afflictiones parturit.

Nobilis illa femina ex Tribu Levi peperit filium quem vocavit Moysen; vidensque eum elegantem aspectu, ira ut mulierum Rabbinarum sic sententia, quod ipse ex vultu emitebat quandam fulgorem; & inde orantes de tali puero magnam concipiebant spem: ipsum nempe futurum magnum virum; habuit mater de tanto filio ingens gaudium, & laetitiam, in id magnum existit ei seminarium dolorum: ut ait D. Chrysostomus homilia 25. Nonne laetandum erat

Exod. 1.

erat de tanto filio? quomodo seminarium dolorum? Extabat lex in Aegypto, quod omnes pueri Hebraeorum interficerentur. Exod. numero decimo sexto. Cum ipsa ergo peperit filium: Videns enim elegantem, abscondit tribus mensibus; cumque jam celare non posset, summis se scissellam scirpeam, & linivit eam bitumine, ac pice, posuitque intus infantulum, & posuit eum in cavello ripae fluminis. Exod. 2. numero secundo & tertio. Ecce cur tantus filius magnum existit seminarium dolorum matri; fuit illi dolor, quando eum peperit, ut commune est omnibus matribus, in dolore paries filios tuos: fuit illi dolor, quando abscondebatur tribus mensibus cum multo timore, ac tremore, ne forte prehenderetur; fuit illi dolor, quando puerum exposuit in ripa fluminis, ut ibi submersus periret, nisi singularis Dei adesset providentia.

Exod. 1.

QUESTIO XV.

Quare inter ceteras Tribus Israel hic numeratas, Tribus Dan omittitur a nostro Evangelista?

1134.

Ex tribu Dan mali sunt saltem affectus.

Communis quae hoc loco, quare cum Dan sit unus ex filiis Jacob, unaque tribus ex Israel: tamen hic omissa est a nostro Joanne? dixerunt aliqui, quia ex tribu Dan, nullus salvus factus est; ac hoc est aperte falsum, nam Samson erat ex tribu Dan, Jud. cap. 13. num. 2. Et in Catalogo iustorum, ac sanctorum ponitur ab Apostolo Paulo, Hebraeorum 11. num. 32. Patres Samson boni, & pii erant, nam familiare colloquium habuerunt cum Angelo sancto, ut patet ex citato, Judic. 13. deinde Christus Dominus, ait Matth. 17. num. 11. Venurus est Elias, & restituet omnia, id est, omnem Israel ad sanctam, & veram fidem Catholicam. Et Apostolus Paulus loquens de Israele relicto in sua caecitate, ait, quod tali tempore Antichristi, Omnis Israel salvus fiet. Rom. 11. num. 26. Ergo si tunc omnis Israel salvandus est, restitendusque ad veram fidem, Dan est ex Israel, ergo etiam salvandus est; & patet, quia Danites videntes Antichristum mortuum, & totum ejus regnum, ut falsum, & iniquum, destructum, tunc se ad veram, ac sanctam Christi fidem recipient.

Jud. 13.

Matth. 17.

Rom. 11.

1135.

Abul. O. caeter.

Est communis sententia, quod ideo tribus Dan hic non numeratur, quia ex illa nasciturus est Antichristus, quamquam Abulensis in cap. 49. Genes. dicat incertum: & Oleaster ibidem non dubitavit affirmare, esse fabulosum: sed contra hos est, quod communi sanctorum Patrum, ac Doctorum sensu, omnia est tribus Dan ob Antichristum ex illa nasciturum. Divus Irenaeus lib. 5. adversus Haereses, Divus Hieronymus lib. 1. contra Jovinianum. Divus Hippolytus Martyr de consummatione saeculi. Divus Augustinus quaest. 2. in Josue. Divus Prosperus de Promissionibus. part. 7. cap. 9. Divus Sylveira in Apocalypsim. Tom. I.

D. Iren.

D. Hieron.

D. Hippol.

D. August.

D. Prosp.

D. Ambrosius, Theodorus, D. Gregorius, D. Cyrillus, Eucherius.

1136. Excluditur Tribus Dan ob Antichristum. Genes. 49.

1137. Explicatur tota propheta. D. Augustinus.

D. Gregorius.

1138. Genes. 49.

1. Thessal.

1139. Jerem. 8. Explicatur de Antichristo.

Ambrosius lib. de Benedictionibus Patriarcharum, cap. 6. Theodoret. quaestione ultima in Gen. Divus Gregorius lib. 31. moral. cap. 18. D. Cyrillus, Eucherius, Ruffinus, & alii, quos citant Percir, Ribeira, & in eadem sententia sunt etiam Andreas Caesariensis, Haymo, Richardus, Beda, Divus Anselmus, Rupertus, Lyran, & alii.

Probant citari Patres ex Genes. 49. numero 17. ubi benedicens Jacob Dan, ait: Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, moriens ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retrò. Et quamquam multi ad Samson locum referant, tamen ad Antichristum maxime spectat; nam quamquam, ut ait Cornelius ad citatum locum Genesios; unus locus Scripturae possit habere duos sensus literales, multo aptiori modo locus interpretatur de Antichristo, quam Samphone, nam Samson potius fuit leo, quam coluber, & cerastes mordens ungulas equi.

Ait ergo: Fiat Dan coluber in via: quod animal maxime aptum est ad dolos, fraudes & deceptiones; & ideo Diabolus specie serpentis primos patentes decepit, ut docet Divus Augustinus lib. 12. de Gen. ad literam capite 11. Antichristus multas fraudes, dolos ac nequitias tendit, tanquam coluber, parans insidias, in via, Cerastes in semita. Cerastes cornutus est serpens, velut aries; cornu signum est fortitudinis, ac potestatis; filius ille perditionis multa fortitudine, ac potestate valebit contra sanctos & iustos. In semita, hoc est, in arcto, & angusto eos ponens: Mordens ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retrò. Cerastes suo veneno mordet ungulas equi, ut equum & equitem dejiciat: hoc loco per equum Patriarcha intelligit hunc mundum, ut explicat D. Gregorius, qui per elationem suam in cursu labentium temporum spumat; inde dicitur Antichristus cerastes mordens ungulas equi; & ungulas equi mordere, est extrema saeculi tempora feriendo contingere, ut cadat ascensor ejus retrò. Ascensor, sunt Imperatores & Reges, qui veluti habenis hunc mundum gubernant; suorum regna occupabit Antichristus, a suis locis eos dejiciens, lapsu irreparabili, tanquam qui cadit retrò.

Nec contra hanc expositionem facit, id quod immediate Patriarcha subdit: Salutare unum expectabo Domine. Optat ergo ille, Christum D. advenire, ad tollendum de medio illum pessimum, & scelestissimum hominem, ut ait Apostolus 2. Thessal. 2. num. 8. Quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione adventus sui. Et ex hac ultima parte fit manifestum, Patriarcham locutum fuisse de Antichristo; nam si ageret de Samphone, non est cur Patriarcha addat, Salutare unum expectabo Domine.

Probatur secundò ex Jeremias 8. num. 16. A Dan auditus est fremitus eorum, & vocatum binninum pugnatorum ejus, commotus est omnis terra; quae verba de nullo alio melius possunt explicari, quam de Antichristo. Dicitur, intelliguntur de Nabuchodonosore, qui veniens transivit per Caesarem Philippi, quae erat in tribu Dan; sed hoc non satis est, ut Nabuchodonosor dicatur: A Dan auditus